



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

Vigesima quinta causa. Bisdena quinta sunt privilegia tacta. Duæ
quæstiones vigesimæ quintæ causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

¶ Theflarscadearita dicti; quod decimaquarta luna Pascha cum Iudaeis observandum continent. Nam *quatuor dies decem* significat.

¶ Nyctages à somno nuncupati, quod vigiliis noctis respuant, superstitionem esse dicentes, iura temerari dicitur, qui noctem ad requiem tribuit.

¶ Pelagiani à Pelagio monacho exorti. Hi liberum arbitrium divinae gratiae anteponunt, dicentes sufficere voluntatem ad implenda iussa divina.

¶ Nestoriani à Nestorio Constantinopolitano Episcopo nuncupati: qui beatam Mariam virginem non Dei, sed hominis tantummodo matrem, asseruit: ut aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis: nec unum Christum in verbo Dei, & carne credidit; sed separatim, atque separatim alterum filium Dei, alterum hominis praedicavit.

¶ Eutycheiani dicti ab Eutyche Constantinopolitano Abbate: qui Christum post humanam assumptionem negavit existeri in duabus naturis, sed solum in eo divinam esse naturam.

¶ Acephali dicti, id est, sine capite. Nullus enim eorum reperitur auctor: à quo exorti sint. Hi trium Chalcedonensium capitulorum impugnatores, diariam in Christo substantiarum proprietatem negant, & unam in eis personam naturam praedicant.

¶ Theodosiani & Gajanitae appellati à Theodosio & Gajano, qui temporibus Iustiniani Principis in Alexandria, populi perenni electione, una die ordinati sunt Episcopi. Hi errores Eutycheis & Dioscori sequentes, Chalcedonense concilium respuunt: ex duabus unam in Christo naturam asserunt, quam Theodosiani corruptam, Gajanitae incorruptam contendunt.

¶ Agnoitae & Tritheitae à Theodosiani exorti sunt: quibus Agnoitae a biglorantia dicti: quia ad perveritatem, à qua exorti sunt, id adjuvant, quod Christi divinitatem ignorat, quae sunt subscripta de die & hora adventus, non recordantes Christi personam in Esaiam 45. *Domine* [Dies iudicii in corde meo.]

¶ Tritheitae vero vocati, quod sicut tres personas in Trinitate, ita quoque tres asserunt Deos esse, contra illud, quod scriptum est: *b. [Audi Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est.]*

¶ Sunt aliae haereses sine auctore, & sine nominibus. Ex quibusdam putant triformentem esse Deum: aliae Christi divinitatem passibilem dicunt: aliae Christi de patre nati vati initium temporis dant: aliae liberationem hominum apud inferos statim Christi descensione non credunt: aliae animam imaginem Dei negant: aliae animas coarctari in domos, & quaeque animalia existimant: aliae de mundi statu dissentiunt: aliae innumerabiles mundos opinantur: aliae aquam Deo coeternam faciunt: aliae nudis pedibus ambulat: aliae cum hominibus non manducant. Haec sunt haereses adversus catholicam fidem exortae, & ab Apokolis, & à sanctis patribus, vel conciliis praedamnatae: quae dum in se multiseribus dissent, invicem sibi dissentiunt, communi tamen nomine adversus ecclesiam Dei conspirant. **¶ Sed** & quaeque à aliter scripturam sanctam intelligit, quam sensus Spiritus Sancti flagitat, à quo conscripta est, licet de ecclesia non recesserit, tamen haereticus appellari potest.

¶ Cainani Apud B. Augustinum in libro de haeresibus (ex quo partem huius capituli accepit Isidorus) & in aliquo vetusto Gratiani exemplari legitur, Gayani. In uno Ierusalitano in libro de praescriptione adversus haereticos haec scribit. Sunt & nunc alii Nicolaiae: Caiana haeresis dicitur. **¶ Sed** & nunc alii Nicolaiae: Caiana haeresis dicitur. **¶ Sed** & nunc alii Nicolaiae: Caiana haeresis dicitur. **¶ Sed** & nunc alii Nicolaiae: Caiana haeresis dicitur.

¶ Cainani Apud B. Augustinum in libro de haeresibus (ex quo partem huius capituli accepit Isidorus) & in aliquo vetusto Gratiani exemplari legitur, Gayani. In uno Ierusalitano in libro de praescriptione adversus haereticos haec scribit. Sunt & nunc alii Nicolaiae: Caiana haeresis dicitur. **¶ Sed** & nunc alii Nicolaiae: Caiana haeresis dicitur.

haeresis, quae dicitur Cainaeorum. Et ipsi enim magnificant Cain, quasi ex quadam potenti virtute conceptum, quae operata sit in ipso.

¶ Non natam Locus hic emendatus est ex plerisque, vetustis & Isidoro. Antea enim legebatur, Non naturam introducens; Deo non natura eam comparavit.

¶ Anthropomorpha In codicibus Isidori vulgatis, & aliquot manuscriptis antecedunt hoc. Anomiani Latine sine lege dicuntur: quae tamen absunt à codice Isidori per vetusto, & valde emendato monasterii B. Augustini in Carbonaria Neapolis.

¶ Hierachitae Ita mutatum est ex libello B. Augustini, quamvis in aliquot ipsius editionibus sit, Hierarchitae. Hierarchia vero haereticus meminit B. Hieronymus l. 4. & sexto de Trinitate. Antea legebatur, Heraclitae ab Heraclio.

¶ Montani Horum nulla mentio est apud B. Augustinum, sed Montensium: quo nomine Donatistas Roma vocari solitos tradit.

¶ Metangismonitae Sic emendatum est ex Isidoro & beato Augustino, cum antea legebatur, Metangi nominati.

¶ Scotopicos Apud Isidorum, in Pannonia, & in aliquot manuscriptis Gratiani est, Cotopitas. Quod vero ait, supra dicta haeresis habentes doctrinam, referendum est ad Donatistas; non ad Bonifacium.

¶ Praedicavit In eodem vetusto Isidori codice Neapolitano haec est finis capituli, & incipit novum caput, de philosophis gentium.

¶ Chalcedonensium Tria capitula tractata & definita sunt in quinta synodo, sub Iustiniano, ut notatum est supra. dist. 15. sicut sancti. Qui vero occasione horum trium capitulorum ab ecclesia recesserunt, non Chalcedonensem, sed quintam synodum impugnabant.

¶ Theodosiani Horum meminit Liberatus in Breviario, Nicephorus lib. 18. cap. 45. 49. & 50. ac Gregorius Cedrenus anno 14. Iustiniani Imperatoris. B. Augustinus memorat Theodotianum à Theodotiano: sed idem videtur qui Theodotus, de quo Epiphanius l. 2. tom. 1. haeresi 54. Theodotianus à Theodoto, ut etiam Philastrius & Damascenus.

¶ Agnoitae & Tritheitae Sic restitutum est: quamvis in codicibus Isidori & Gratiani legebatur, Gnoitae & Trihoitae. De his meminit Nicephorus in locis proximè indicatis, eorum à Theodosiani profectos scribit. De Agnoitis vero multa dicit beatus Gregorius lib. 8. epist. 35. & 42. ad Eulogium.

C. XL. ¶ Quare divina providentia multis errare permittit.

Item Augustinus de Genesi contra Manichaeos, lib. 1. cap. 1.

¶ Deo divina providentia multos diversi erroris haereticos esse permittit, ut cum insultant nobis, & interrogant nos ea, quae neficimus, vel sic excutiamus pigritiam, & divinas scripturas nosse cupiamus. Propterea & Apostolus ait, *¶ Oportet haereses esse;* ut probati manifesti fiant inter vos. Hi autem Deo probati sunt, qui bene possunt docere: sed manifesti hominibus esse non possunt, nisi cum docent.

¶ Sed manifesti Haec addita sunt ex originali, utemq; alia nonnulla, & emendata.

CAUSA XXV.

Sancta Romana Ecclesia quendam baptismalem ecclesiam suis munivit privilegiis, decimasque sua diaecesi ex integro sibi attribuit. Item quoddam monasterium similiter munivit privilegiis propriis, decimasque ex propriis praedictis nulli decimas persolveret. Accidit itaque ut intra diaecesim praemunita baptismalis ecclesia praes-

¶ 1. Corinth. 11.

tum monasterium alia emptione, alia donatione pradia sibi invenerit. Oritur itaque contentio inter monachos & clericos de decimis.

- 1 Hic primum queritur, an clericis baptismali ecclesie auctoritate privilegii, decimas sue diocesis ex integro sibi valeant vindicare.
- 2 Secundo, an subsequente privilegio monachorum derogetur antiquioribus privilegiis baptismalium ecclesiarum.

QUESTIO I.

Quod vero auctoritate illius privilegii decimas sibi ex integro clerici vindicare non valeant, bene probatur, quia decime juxta decreta sanctorum Patrum quadripartito dividuntur: quarum una pars Episcopo, secunda clericis, tertia fabricis restituantur, quarta vero pauperibus est assignata. Decreta vero sanctorum canonum neminem magis quam Apostolicum servare oportet.

C. I. In Constitutione synodi, quod universalis ecclesia probavit assensus, Romanam sedem servare oportet.

Unde Gelasius Papa ait in epistola ad Episcopos Dardanias.

Confidimus, quod nullus jam veraciter Christianus ignoret, uniuscujusque synodi constitutum, quod universalis ecclesia probavit assensus, nullam magis exequi sedem præ ceteris oportere, quam primam: quæ & unamquamque synodum sua auctoritate confirmat, & continuata moderatione custodit.

C. II. Qui negligenter pascit Dominicum gregem sibi commendatum, convincitur summum non amare pastorem.

Item Leo Papa episcopus & Episcopus Sicilia.

Divinis præceptis, & Apostolicis monitis incitamus, ut pro omnium ecclesiarum statu, impigro vigilemus effectu: ac si quid usquam reprehensioni invenitur obnoxium, celeri sollicitudine, aut ab ignorantia imperitia, aut à præsumptionis usurpatione: revocemus. Memento enim Dominice & vocis imperio, quo beatissimus Apostolus Petrus trina admonitione in mysticis sanctionibus imbuatur, ut Christi oves, qui Christum diligit, pascat, ipsius sedis, cui per abundantiam gratiæ divinæ præsumus, reverentia coarctamur, ut periculum desiderii, quantum possumus, declinemus: ne profectio summi Apostoli, qua se amatorem domini esse testatus est, vana inveniat in nobis: qui negligenter pascens Dominicum gregem toties commendatum, convincitur summum non amare pastorem.

1 Admonitione] In originali, & apud Anselmum legitur, trina repetitione mysticæ sanctionis. Alia vero quædam sunt emendata ex ipsa epistola.

C. III. Non debent ullo modo variari, quæ ad perpetuam ordinantur quietem.

Idem Anatolio Episcopo, episcopus 51.

Quæ ad perpetuam utilitatem generaliter instituta sunt, nulla commutatione variantur: nec ad privatum vahantur commodum, quæ ad bonum sunt commune præfixa: sed firmamentis terminis, quos constituerunt Patres, nemo injuste, & usurpet alienum: sed intra fines proprios atque legitimos, prout quis valuerit, in latitudine se exerceat charitatis.

1 Injuste] Apud B. Leonem legitur, nemo in jus tendat alienum. Apud Ivonem, & in Capitularibus legitur, nemo damnet alienum: apud Anselmum vero, nemo injuste damnet.

a al. firmavit. b Anselm. l. i. c. 37. & 43. & l. 2. c. 22. c Ioan. 21. d al. cohortamur. e Cap. l. 6. c. 214. & l. 7. c. 222. Anselm. l. 6. c. 121. 3vo p. 16. c. 317. f al. & g al. voluerit.

C. IV. Nulla divina constitutione, & Apostolica sedis decreta temerare licet.

Item Hilarius Papa in Synodo Romana, capite primo.

Nulli a fas sit sine status sui periculo vel divinis constitutionibus, vel Apostolica sedis decreta temerare: quia nos qui potentissimi in sacerdotis administramus officia, talium transgressionum culpa respiciet, si in causa desides fuerimus inventi: quia meminimus: quod timere debemus, qualiter comminetur Deus negligentem sacerdotum. Si quidem reatu majori delinquit, qui priori honore perfruitur: & graviora facit vitia peccatum sublimitas peccantium.

1 Potentissimi] Sic apud Anselmum, & in ceteris vestigiis Gratiani exemplaribus, præter unum, in quo habetur, ut in titulo ipso, potissimi.

C. V. In Spiritum Sanctum blasphemant, qui sacros canones violant.

Item Damasus Papa.

Violatores canonum voluntarii graviter à sanctis Patribus iudicantur: & à sancto Spiritu (inlinctum ac dono ditati sunt) damnantur, quoniam blasphemant Spiritum Sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sacros canones non necessitate compulsi, sed libenter, ut præmissum est, aliquid, aut proterve agunt, aut qui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentunt. Talis enim præsumptio manifeste unum genus est blasphemantium Spiritum Sanctum: quis, ut iam præbaturum est, contra eum agit, cuius nutu & gratia sancti canones editi sunt.

C. VI. In quibus Romano Pontifici licet novas condere leges.

Item Virbanus Papa.

Sunt quidam dicentes Romano Pontifici semper licet se novas condere leges. Quod & nos non solum non negamus, sed etiam valde affirmamus. Sciendum vero summopere est, quia inde novas leges condere potest, et de Evangelista aliquid, & Propheta: nequaquam exierunt. Vbi vero aperte dominus, vel eius Apostoli, & eos sequentes, sancti Patres sententialiter aliquid dixerunt, ibi non novam legem Romanus Pontifex dare, sed potius, quod prædicatum est, usque ad animam & sanguinem confirmare debet. Si enim, quod docuerunt apostoli & Propheta, destruere (quod absit) nitetur, sententiam dare, sed magis errare convinceretur. hoc procul sit ab eis, qui semper domini ecclesiam corporum insidias optime custodierunt.

1 Et Propheta] Absunt hæc voces à multo manuscriptis.

C. VII. Apostolica sedis auctoritas contra sanctorum statuta aliquid tendere non valet.

Item Zozimus Papa.

Contra statuta Patrum condere aliquid, vel mutare nec huius quidem sedis potest auctoritas. Apud nos enim inconvulsis radicibus vivit antiquitas, & decreta Patrum sanxere reverentiam.

Epistola, unde sumptum est hoc caput, non est veritas Ivo autem in loco indicato, & in epistola ad Eugenium Archiepiscopum Lugdunensem, asserti hoc ex epistola Zozimi ad Episcopos Narbonensium provincie: & ipsi Zozimus in prima epistola ad Hefychium narrat se scripsisse ad Episcopos Gallie & Hispanie.

a Poly. l. 1. tit. 7. Anselm. l. 1. c. 47. & 62. Ivo p. 5. c. 37. b al. dignitatum. c Ezech. 3. & 34. d al. dignitatum. e Deus dicit p. 4. Anselm. l. 3. c. 116. Poly. l. 4. tit. 10. f Ivo p. 5. c. 226. Panm. l. 3. c. 4. concordat.



C. VIII. *g* **Stare non valet, quod contra Evan-**
gelicam vel propheticam doctrinam, seu
constitutionem factum fuerit.

Item Marcellinus i Papa, epist. 2.

Omnia a quod irreprehensibile est, catholica defen-
dit ecclesia, & *f* **Injustum b** iudicium, & diffini-
tionum, regio metu vel iusta à iudicibus ordinata, non
valet. Nec 2 quidquam, quod contra Evangelicam, vel
Propheticam, aut Apostolicam doctrinam constitutionem, suc-
cessionem eorum, sive sanctorum Patrum actum fuerit,
falsum: & quod ab infidelibus vel hæreticis factum fuerit,
omnino cassabitur.

1 **Marcellinus** *Restitutum est ex vetustis exemplaribus.*
Nomen ipsius erat, Marcellus.

2 **Nec quidquam** *Emendatus est hic locus ex ipsa Mar-*
cellini epistola.

C. IX. *g* **Statuta Patrum non deviare, & fidei**
regulam custodire, prima salus est.

Item Hormisdas e Papa Episcopus Hispania.

Prima salus est, recta fidei regulam custodire, & à con-
finitis Patrum nullatenus deviare.

C. X. *g* **Profectus Pelagius Papa communis de-**
cessoris per omnia servare.

Consequendum est, ut pro auferendo suspitionis scan-
dalo, obsequium confessionis nostræ legibus & mini-
steriis, quibus nos etiam subditos esse sacra scriptura
prosequunt. Veniens etenim Rufinus vir magnificus, ex-
cellentia vestra legatus, confidenter à nobis, ut decuit,
postulavit, quatenus vobis, aut beata recordationis Leo-
nis Papæ tomum à nobis per omnia conservari significare
debuisse, aut propriis verbis nostram confessionem fi-
dei declinare. Et primam quidem petitionis eius par-
tem, quia facilius fuit, mox, ut dixit, implevimus, nosq[ue]
in omnibus præfatis tomum pro catholica fidei assertio-
ne, concisum, Deo propitio, custodire manus nostras
ad ipsam confessionem significamus. *f* Ut autem nullius de-
inceps (quod absit) suspitionis relideret, occasio, illam
etiam aliam partem, quam memoratus vir illustri ad-
monuit, facite maturari: scilicet propriis verbis, confes-
sionem fidei, quam tenemus, exposui.

C. XI. *g* **Anathema apud Deum fiat, qui cen-**
suram Romanorum Pontificum violat.

Item Hadrianus Papa in g. capitulis, c. ult.

Generali decreto constitutum, ut execrandum a-
nathema sit, & veluti pravariator catholica fidei
semper apud Deum reus existat, quicumque Regum, seu
Pontificum decretorum censuram in quocunque credi-
dit, vel permiserit violandam.

C. XII. *g* **Seu Episcoporum** *He voces non leguntur in ipso ca-*
pitulo, nec in capitulari, sunt tamen apud Anselmum, & in Po-
stumo.

C. XIII. *g* **Romanorum** *Incapitulo habetur, deinceps cano-*
nica censuram: ne multo aliter in capitulari. Anselmus ta-
men, & Polycarpus habent ut Gratianus.

C. XIV. *g* **Non licet alicui Episcopo contra Roma-**
norum Pontificum decreta aliquid
agere.

Item Damasus i Papa, epist. 4. Prospero
k Episcopo.

Omnia i decretalia m, & eunctorum decessorum
nostrorum constituta, quæ de ecclesiasticis ordi-

nibus & canonum promulgata sunt disciplinis, ita à vo-
bis, & ab omnibus Episcopis, ac cunctis generaliter facer-
dotibus custodiri debere mandamus, ut si quis in illa
commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari.

C. XIII. *g* **Non communicet sacris altaribus,**
qui nescit sacris obedire ca-
nonibus.

Item Gregorius lib. 2. epist. 7. seu c. 46. ad Io-
annem Episcopum.

Hac a consona b sanctis Patribus diffinitione sanc-
mus, ut qui sacris nescit obedire canonibus, nec sacris
administrare, nec communionem capere sit dignus alta-
ribus.

C. XIV. *g* **Observanda sunt regula à sanctis Pa-**
tribus in synodo statuta.

Item ex Concilio Chalcedonensi, c. 1.

A sanctis Patribus in unaquaque synodo usque nunc
prolatis regulas teneri statuimus.

C. XV. *g* **Voluntatem & statuta suorum de-**
cessorum custodiant, qui sua serva-
ri volunt.

Item Gregorius ad Montanum & Thomam, lib. 5.
epist. 12. seu cap. 112.

Iustitia ac rationis ordo suadet, ut qui sua à successoribus
desiderat mandata servari, decessoris sui proculdu-
bio voluntatem & statuta custodiat.


C. XVI. *g* **Contra statuta sanctorum Pa-**
trium agit, qui ea non servat
matia.

Item Leo Papa IV.

Ideo e permittente Domino pastores hominum su-
mus effecti, ut quod Patres nostri sive in sanctis cano-
nibus, sive in mundanis affixere legibus, excedere mini-
me debeamus. Contra eorum quippe saluberrima agi-
mus instituta, si, quod ipsi divino statuerunt consulto a,
intactum non conservamus.

2 pars. *Si ergo pravam sedem conciliorum præ omnibus ob-*
servare oportet, & si pro statu omnium ecclesiarum necesse est illam
impigro vigilare affectu, si ea, quæ à Romanis Pontificibus decre-
ta sunt, ab omnibus observari convenit, si illi, qui nesciunt sacris
obedire canonibus, altaribus ministrare non debent, patet, quod
contra statuta sanctorum canonem, quibus status ecclesiarum vel
confundantur, vel perturbentur, privilegia ab Apostolico concedi
non debent. His ita respondetur. Sacrosancta Romana ecclesia
ius & auctoritatem sacris canonibus imperitur, sed non eis allega-
tur. Habet enim ius condendi canones: ut pote que capere est, &
cardo omnium ecclesiarum: à cuius regula nemini dissentire licet.
Ita ergo canonibus auctoritatem prestat, ut seipsam non subiciat
eis. Sed sicut Christus, qui legem dedit, ipsam legem carnaliter
implevit, octava die circumcisus, e quadagesimo die in templo
cum hostiis presentatus, ut in seipso eam sanctificaret, postea vero,
*ut se dominum legis ostenderet, contra legis literam leprosum **
tangendo mundavit. Apostolus f quoq[ue], contra literam sabbat-
hi per facta prætergredientes, spicas vellentes, & confricantes mani-
buis suis, probabili exemplo David g, & circumcisions, & tem-
pli excusavit, dicens: [Non legisit, quid fecerit Abimelech, quan-
do venit ad eum David, & dedit ei panes propositionis, de quibus
non licebat edere, nisi solis sacerdotibus, & comedit ipse, & pueri
eius? Item, h octava die secundum legem puer circumciditur:
& vos in sabbatho circumciditis hominem? Item, cum iuge holo-
caustum ex lege offeratur, cum masculus quadagesima, femina
verò octuagesima die ab ortu sua natiuitatis secundum legem impo-
nitur cum hostiis in templum presentaretur, unde sacerdoter offeren-
tes hostias in templo literam sabbatho solvunt, & sine crimine sunt:
tunc filius hominis multo magis valet solvere literam legis, qui est

a al. hac. b Poly. lib. 4. tit. ult. c Ivo part. 4. cap. 108.
d al. confilio. e Luc. 2. * Matth. 8. f Matth. 12.
g 1. Reg. 2. h Levit. 12.



etiam dominus sabbathi. Hinc etiam de eo. a [Erat Iesus docens, tanquam potestatem habens,] ad est, tanquam legi dominus, addens moralibus ea, que decernant ad perfectionem, umbram figurativam in lucem spirituali intelligentia commutari, non tanquam b [scribere eorum, qui litera legi ascripti non audebant aliquid addere, vel commutare.] Sic & summo sedis Pontificis canonibus sive a se, sive ab aliis sua auctoritate conditi reverentiam exhibent: & eis se humiliando ipsos custodiant, ut alii observando exhibeant. Nonnunquam vero seu jubendo, seu deserviendo, seu aliter agendo, se decretorum dominos & conditores esse ostendunt. In promissu ergo capitulis, aliis imponitur necessitas obsequendi: summus vero Pontificibus ostenditur inesse auctoritas observandi: ut a se tradita observando, aliis non contemnenda demonstrant, exemplo Christo, qui sacramenta, qua ecclesia servanda mandavit, primo in seipso suscepit, ut ea in seipso sanctificaret. Oportet ergo primam sedem, ut diximus, observare ea, qua decernendo mandavit, non necessitate obsequendi, sed auctoritate impertiendi. Licet itaq; sibi contra generalia decreta, specialia privilegia indulgere, & speciali beneficio concedere, quod generali prohibetur decreto. g Quancumq; si decretorum intentionem diligenter advertamus, nequaquam contra sanctorum canonum auctoritatem aliquid concedere invenietur. c. Sacri siquidem canonis ita aliquid constituit, ut interpretationis d auctoritatem sancta Romana ecclesia referent. Ipsi namq; soli, canonem valent interpretari, qui jus condendi eos habent. Unde in nonnullis capitulis conciliorum, etiam aliquid observandum decoratur, statim subinfertur. [Nisi auctoritas Romana ecclesia aliter e. imperaverit.] vel, [Salvo tamen in omnibus iure sancta Romana ecclesia.] vel, [Salva tamen in omnibus Apostolica auctoritate.] Quacumq; ergo de decernis, vel quibuslibet ecclesiasticis negotiis, sacri canonibus diffinitur, intelligenda sunt necessario servare, nisi auctoritas Romana ecclesia aliter fieri mandaverit, vel permiserit. Cum ergo aliquis privilegia ab Apostolico aliquibus concedantur, esse contra generalem legem aliquid sonare videantur, non tamen contra ipsam aliquid concedere intelliguntur: cum ipsius legi auctoritate privilegia singulorum pene: matrem omnium ecclesiarum reserventur. Neg. f enim privilegia aliquibus concederentur, si prater generalem legem nulli aliquid speciale indulgeretur. Privilegia namq; dicuntur tanquam privata legia, eo quod privatam legem singulis generent. Quam diffinitionem g Gregorius novit, ait: [Si h. hoc neg. consuetudine generali, neg. privilegio vindicatur, restat te usupposse, quod fecisti.] h Item Hieronymus in expositione Iona ad c. primum. [Privilegia singulorum non possunt legem sacre communitatem.] Valer ergo, ut ex promissu colligitur, sancta Romana ecclesia sui privilegia quolibet mutare, & extra generalia decreta, quadam speciali beneficio indulgere: considerata tamen rationi aequitate, ut, qua mater iustitia est, in nullo ab ea dissentire inveniat: ut privilegia videlicet, que ob religionis, vel necessitatis, vel exhibitu obsequii gratiam conceduntur, neminem relevando ita dirivitem faciant, ut multorum detrimenta non circumspiciendo, in paupertatis miseria nonnullos dejucant. Illud vero i Apostoli ad memoriam revocantes, quod ad Corinthios scribens, ait: [Non enim volumus, ut alius sit reus, vobis autem tribulatio.] Cui sacra lex Principum concordant, ait: [Rescripta contra jus elicitia ab omnibus iudicibus precipimus resutari: nisi forte aliquid est, quod non ledat alium, & propter petenti, vel crimen supplicantiibus indulgeat.] k Item constitutio Imperatoris ad populum. [Nec damnosa sicut, nec iuri contraria postulari oportet.] l Clerici ergo huius baptismali ecclesia privilegia auctoritate manent, sua decessi decimas sibi ex integro vindicare valent: nisi forte summa necessitate Episcopi cogantur ad quartam suam accipendam, & illi superabundare monstrentur.

a Luc. 6. b Matth. 7. c al. invenietur. d al. sua interpretationi. e al. aliter fieri. f Privilegia unde dicantur. g al. distinctionem. h distm. 100. contra morem. versic. quod si hoc. i 2. Corinth. 8.

QUESTIO II.

Quod autem antiquioribus privilegijs, subsequentijs de rogari non possit, auctoritate Anacleti probatur, qui scribens omnibus Episcopis, & reliquis Christi sacerdotibus, ait in epist. 1. c. 3.

C. I. g Ecclesiarum privilegia cunctis temporibus intemerata servantur.

1. Privilegia a ecclesiarum & sacerdotum r intemerata & inviolata cunctis decernimus manere temporibus. Leges ecclesiarum Apostolica auctoritate firmamus, & peregrina iudicia submovemus.

1. Sacerdotum] In originali est, sacerdotum sancti apostoli iussu Salvatoris intemerata & inviolata cunctis decreverunt, &c.

C. II. g Nec novitate mutari, nec improbitate cunctis ecclesiarum privilegia debent. Item Leo Papa Martino Augusto, e. post. 32. al. 34.

2. Privilegia b ecclesiarum & monasteriorum, in actum Patrum auctoritate instituta, nulla possint improbitate convelli, nulla novitate mutari. In quocumque, auxiliante Christo, fideliter exequendo, necesse est huius sancte sedis Pontifices perseverantem exhibere famulatum. Dispensatio enim nobis credita est, ad nostrum tendit reatum, si paternam regalem legationem nobis contententibus vel negligentibus violenter.

1. Et monasteriorum] Haec voces non sunt in epistola, neg. 7. ead. privilegia, sed sublate non sunt, quia ad eas spectantur ead. o. postea, vers. si ergo privilegia. & Anselmus illas habet lib. 4. c. 2. Ceterum, quoniam de industria caput hoc a collectore in suam mam redactum est, & aliquot locis mutatum, visa sunt deservenda verba ipsa Leonis. Privilegia enim ecclesiarum, sanctorum Patrum canonibus instituta, & venerabilis Nicena synodi fixa decretis, nulla possint improbitate convelli, nulla novitate mutari. In quo opere, auxiliante Christo, fideliter exequendo, necesse est me perseverantem exhibere famulatum: quoniam dispensatio mihi creditur est, & ad meum tendit reatum, si paternam regule sanctionem, que in synodo Nicena ad totius ecclesie regimen, Spiritu Dei infuente, sunt condita, me (quod absit) convulsa violentur, & major sit apud me una vestris voluntas, quam universae domus Domini communis utilitas.

C. III. g Privilegio sua dignitas aliquis ecclesiam exuere non debet. Item Gregorius Augustino Anglorum Episcopo, Respon. 9.

In Galliarum e Episcopos d nullam tibi auctoritatem tribuimus, quia ab antiquis predecessorum meorum temporibus pallium Arelatenis Episcopus accepit, quem nos private auctoritate petere minime debemus. Si ergo contingat, ut fratres tui ad Galliarum provincias transeat, & aliquid ex auctoritate agendum fuerit, cum predicto Arelateni Episcopo rogatur, ne pratermitti possit hoc, quod antiqua Patrum institutio invenit. Britannorum vero omnes Episcopos tunc fraternitati committimus, ut indocti doceantur, infirmi persuasione roborentur, perverfi i auctoritate corrigantur.

1. Perverfi] Adhita sunt haec ex originali. C. IV. g Statuta Apostolicorum predecessorum Apostolicus destruere non debet. Idem Felici Episcopo, lib. 12. epist. 37.

Si ea destruerem, quae antecessores nostri statuerunt, non constructur, led evorsor esse iuste comprobaret; testante veritatis voce, quae ait: e [Omne regnum]

a Anst. 4. c. 2. b Infr. ead. privilegia 3. Anselm. 1. q. 1. c Anst. 6. c. 27. d al. Episcopi. e Luc. 11. in scriptis



in scripto a divinis non habet.] & omnis scientia, & lex adversum se divisa destruetur.

C. V. *Metropolitani dignitatis sibi tradita antiquitas jure intemeratum obstat.*

Item Leo Papa epist. 52. al. 24. ad Anastasium, cap. 2.

Tunc secundum b sanctorum Patrum canones, Spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia consecratos, metropolitani singularum provinciarum Episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis tue cura preteritur, jus tradita sibi antiquitas dignitatis intemeratum habere decrevimus: ita ut a regulis præsinitis nulla aut negligentia, aut presumptione discedant.

C. VI. *Privilegia metropolitanoorum inconvulsa servari oportet.*

Item Hormisdas Papa in epistola ad Ioannem Episcopum.

Servatis privilegiis metropolitanoorum, vices vobis Apostolicæ sedis eatenus delegamus, ut inspectis istis, sive ea, quæ ad canones pertinent, sive ea, quæ a nobis sunt mandata, serventur, sive ea, quæ de ecclesiasticis rebus revelatione & contigerint, sub tua nobis inspectione pendantur. Erit hoc studii ac sollicitudinis maxime te in his, quæ injunguntur, exhibeas, ut fidem, integritatemque ejus, cujus curam suscipis, imminuas.

C. VII. *Direna Apostolica nulla presumptione violentur.*

Item Gregorius Bonifacio primo defensori, lib. 7. epist. 17.

Non rationis a nostris decreta, quæ pro defensorum sunt privilegia & ordinatione disposita, perpetua stabilitate, & sine aliqua constitutionis refragatione servari, sive quæ scripto decrevimus, sive quæ in nostra presentia videntur esse disposita: nec a quoquam Pontificum in eorum, vel in partes ea quolibet occasione convelli decernimus vel mutari. Nam nimis est asperum, & præcipue bonis sacerdotum moribus inimicum, nisi quemquam quancunque rationis exculpatione, & quæ bene sunt ordinata, rescindere, & exemplo suo docere ceteros, sua quocunque post se constituta dissolvere.

C. VIII. *Privilegia ecclesiarum Apostolicum debet servare illata.*

Item Dominicus Carthagenensis Episcopo, lib. 2. ind. 10. epist. 39.

De ecclesiasticis privilegia, quod vestra fraternitas scribit, hoc postposita dubitatione teneat: quæ sunt nostra defendimus, ita singulis quibusque ecclesiis suis jura servamus: nec cuilibet favente gratia, ultra quam meretur, imperior, nec ulli hoc, quod sui juris est, ambitu stimulante derogabo: sed fratres meos per omnia honorare cupio, si que studeo honore singulos subvelli, dummodo non sit, quod alteri jure ab altero possit opponi.

C. IX. *Quod rationabiliter diffinitum est, in nulli debet violari.*

Item Virgilius Arelateni Episcopo, lib. 7. epist. 111.

Cum pro pia desiderio voluntatis, & laudandæ devotionis intentio sacerdotibus sit semper studiis adoperanda, cura est sollicitudinis adhibenda, ut ea, quæ pro quiete monachorum, religioſaque conversa-

a al. sup. b Ivo p. 5. cap. 246. c al. relationis. d al. Constitutionis. Anselm. lib. 4. c. 1. Poly. lib. 3. tit. 15. e al. posse confirmari. f Poly. ibid. Anselm. l. 4. c. 6. g Poly. ibid. Anselm. l. 4. c. 7.

tionis fuerint ordinata, nec dissimulatio negligere, nec quædam valeat præsumptio perturbare: sed sicut hoc, quod ratio exigebat utilitatis, oportuit diffiniri, ita quod definitum est [nisi forte ubi major est auctoritas] non debet violari.

¶ Nisi forte] Exceptio hac abest a plerisque vetustis, & Anselmo, & codicibus Gregorii impressis & manuscriptis. In uno autem Gratiani appositæ tanquam glossa, & legitur supra 6. q. 4. quod bene.

C. X. *Sibi injuriam facit, qui fratrum suorum jura perturbat.*

Item ad Natalem Episcopum, lib. 2. epist. 37.

Quod verò dicitur, nostris temporibus debere servari, quæ a meis quoque prædecessoribus tradita atque custodita sunt, ablitæ me, ut statuta majorum consecratoribus meis in qualibet ecclesia infringam: quia mihi injuriam facio, si fratrum meorum jura perturbo.

C. XI. *Nulla presumptione violentur, quæ ab Apostolo, & eorum successoribus sunt instituta.*

Item Iulius Papa epist. 1. ad Orientales, c. 4.

Amputato a totius usurpationis excessu, nullus debet præsumere, quæ sibi non videntur concessa. & 7. **¶** Ex quæ sunt ab Apostolis, eorumque successoribus instituta, nulla desidia negligentur, nulla dissensione violentur, nulla concertatione turbentur.

C. XII. *Quæ rationabiliter ordinata sunt, nulla debent refragatione turbari.*

Item Gregorius Papa, lib. 7. ind. 2. epist. 60. Præsertim illustri.

Ecclésiasticæ b moderationi est omnino conveniens, ut quæ ordinata fuerint, vel rationabiliter i decisa, nulla in posterum debeant refragatione turbari.

¶ Rationabiliter] Vox ista abest a plerisque manuscriptis, & a codicibus B. Gregorii, nec repetitur. 7. 35. 9. omnibus modis. Sed non est induenda, quia omnia Gratiani exemplaria habent istam vocem, etiam in rubrica.

C. XIII. *Quæ contra leges sunt, pro insectis habentur.*

Item in Regesto, lib. 7. ind. 2. epist. 7. Iamario Catalano.

Imperiali c constitutione aperte sancitum est, ut ea quæ contra leges fiunt, non solum inutilia, sed etiam pro insectis habenda sint.

C. XIV.

Cod. d. lib. 1. ut. de presulibus Imperatori offerendis. Imperator Constantinus.

Nec e damnosa fisco, nec juri contraria postulari oportet.

C. XV.

Impp. Theodosius & Valentinianus.

Rescripta f contra juselicita, ab omnibus iudicibus præcipimus refutari: nisi forte aliquid est, quod non lædat alium, & proſit petenti, vel crimen supplicantibus indulgeat.

C. XVI. *Rescriptum meretur effectum, quod cum juris & legum ratione concordat.*

Dicenti g sacras jussiones se habere præ manibus, respondimus scire illum oportere, quod ipse clementissimus Princeps generalibus legibus constituit, illa sacra uniuscujusque supplicantis desiderio concessa prævalere, & effectui mancipari, quæ cum juris & legum ratione concordant: ea verò, quæ subreptione, vel falsis precibus forsitan impetrantur, nullum supplicantibus ferre remedium.

a Poly. ibid. Anselm. l. 2. c. 61. & l. c. 127. b 35. 9. omnibus modis. Anselm. l. 4. c. 9. c Denſtedit p. 1. & 3. d in. 15. te. 2. e Ibid. l. 7. f sup. end. g Ivo p. 4. c. 191. F f 2

Rescripta, sive sint admittiones, sive pragmatica sanctiones, expressam debent in se habere conditionem: [Si precei veritate nentur.] Mendax enim preceptor debet carere impetratis: & quibus scripta dirigitur, sunt puniendi, si precum mendacia veterint argui. Unde Imperator Diocletianus, & Maximianus, & Constantinus lib. 1. a cod. tit. si contra ius vel utilitatem publicam. [Prescriptione mendaciorum opposita, sive in iuris narratione mendacium reperitur, sive in facti, sive in tacendi fraude, pro tenore veritatis, non deprecanti affirmatione, datum iudicem cognoscere debere, & secundum b hoc de causis conuenit ferre sententiam.] Item c Imperator Constantinus. [Puniri iubemus decem librarum auri multa iudices, qui veterint precum argui falsitatem.] Item d Imp. Theodosius & Valentin. [Et si legibus consentaneum sacrum oraculum mendax preceptor attulerit, preceptor careat penitus impetratis: & si nimia mententis inueniatur improbitas, etiam severitati subiacet iudicantis.] Item e Imperator Constantinus. [Et si non cognitio, sed executio mandatur, de veritate precum inquiri oportet, ut, si fraus intervenit, de omni negotio cognoscatur.] Item f Imp. Anastasius. [Omnes cuiuscumq; maioris vel minoris administrationis, universis nostra resp. iudices monemus, ut nullum rescriptum, nullam pragmaticam sanctionem, nullam sacram admittionem, qua generali iuri vel utilitati publica adversa esse videatur, in disceptationem cuiuslibet litigii patientur profertur, sed generales sacras constitutiones, modis omnibus non dubitanti observandas.] Cod. g tit. de divers. rescript. Imp. Diocletianus & Maximianus. § [Sanctimus, ut authentica ipsa atq; originalia rescripta, & nostra etiam manu subscripta, non exempla eorum insinuentur.] Imp. h Constantinus. § [Si qua beneficia personalia sine die & consilio fuerint deprehensa, auctoritate careant.] Imperator i Zeno. § [Universa rescripta sive in personam precantium, sive ad quemlibet iudicem manaverint, que k vel admittio, vel quavis pragmatica sanctio nominentur, sub ea conditione profertur precipimus, si preces veritate nitantur: nec aliquem fructum preceptor oraculo percipiat impetratis, licet in iudicio assereres i veritatem, nisi quastio, fides precum: Imperiali beneficio monstratur inferia. Nam & vir magnificus Quasitor, & viri spectabiles magistri scribarum, qui sine prestanta adfectione qualificationem, acrimonia responsionem dederunt, & iudices, qui susceperint, reprehensionem subibunt, & qui sibi licite dictata scribere ausi fuerint, cuiuscumq; sermone memoriales, seu pragmaticas, vel adjuvatores primicerii, amissione cinguli seriantur.]

C. XVII. § Privilegia ecclesiarum nulla debent improbitate convelli.

Item Leo Papa epist. 52. ad 34. ad Martinum Augustinum.

III. Privilegia in ecclesiarum, sanctorum Patrum canonibus instituta, & venerabilis Nicena synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate mutari.

C. XVIII. § Anathema sit, qui mandata vel decreta Romanorum Pontificum servare contempserit.

Item Nicolaus Papa, universali synodo praesidens, dixit in Concilio Romano, & ult.

Si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones, vel decreta pro catholica fidei disciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione sceleratorum, vel interdictione imminentium vel futurorum malorum, a sedis Apostolicae praefule salubriter promulgata contempserit, anathema sit.

§ Caput hoc extat in Concilio Roma habito, in quo Nicolaus

a tit. 22. le. 2. b secundum causam conuenit. orig. c I. bid. le. 3. d Ibid. le. 5. e Ibid. le. 6. f Ibid. le. 8. g tit. 23. le. 3. h Ibid. le. 4. i Ibid. le. 7. k al. quomvis adnotatio. l al. asserat. m Anf. l. 4. c. 2. n Poly. l. 1. tit. 17. Desjard. dit p. 4. Anf. l. 4. c. 26. & l. 12. c. 3. l. 100 p. 3. c. 31.

Papa primus Theozandum & Gantarium Episcopos deponit. Quod concilium impressum est Rome post epistolam ipsius.

C. XIX. § Statuta priorum successorum servare oportet. Item Gelasius Coscromo & Ioanni Messalia Episcopi inter cetera.

Decessorum a statuta, sicut legitima & iusta successorem custodire convenit, ita debet etiam male facta corrigere.

C. XX.

Hinc etiam Arcadius & Honorius b iniquis, Quaecumque a parentibus nostris diversis sunt statuta temporibus, manere inviolata atque incorrupta circa sacrosanctas ecclesias precipimus. Nihil igitur privilegium immuetur, omnibusque, qui ecclesiam delinunt, tuitio deferatur: quia temporibus nostris ad potius reverentiam cupimus, quam ex his, quae olim praeterita sunt, immutari. Idem le. 35. § Non tam novum privilegium praesenti sanctione precipimus, quam illa, quae cum ad dendum in dulta, firmamus. Privilegia igitur, quae cum reverentia religionis obtinuit, mutilari sub poena eius interminatione prohibemus, ita ut hi quoque, qui ecclesiam obtemperant, ipsius beneficiis perfruantur. Idem le. 34. § Si ecclesia venerabilis privilegia, cuiuscumque fuerint vel temeritate violata, vel dissimulatione neglecta, commissum duodecim librarum auri (sicut etiam prius constitutum est) condemnatione plectatur. Ipsaque privilegia nihilominus plenissimum per omnia obtineant vigorem.

1. § Duodecim in lege ipsa tam ecclesiae Theodosius, quam Iustiniani legitur, quinquae librarum auri.

2. § Ipsaque Hac usq; ad finem non sunt in lege illa, sed locum loca in Theodosiano habentur ista: Si quid igitur contra ecclesias vel clericos per obreptionem, vel ab haereticis, vel ab huiusmodi hominibus fuerit contra leges impetratum, huius sanctionis auctoritate vacuamus.

C. XXI. § Non licet in iussu ab ecclesia iure distiterit, quod documentorum auctoritate firmatum.

Item Pelagius Alimentario magistro militum inter cetera.

Postquam a ecclesiae iura documentorum quoque intercedentium fuerint auctoritate firmata, nullatenus ab his discedendi liberam Pontifex, vel si vult, permittatur habere licentiam.

Si ergo privilegia monasteriorum, vel quarumlibet ecclesiarum auctoritate Leonis, Gregorii, Gelasii, & nonnullorum aliorum Pontificum sancta Romana ecclesia inviolata servantur: si ea, quae contra leges sunt, pro infectu habenda sunt: si Pontificum auctoritatem discedendi a documentis, quibus iura ecclesiae firmata sunt, patet, quod posteriora privilegia antiquioribus derogare non possunt, nec eorum auctoritate eis aliqua obiciatur exceptio: cum etiam contra illa specialiter serent, pro infectu essent habenda.

2. pars. His ita respondetur. Sancta Romana ecclesia sua auctoritate, congregata valet disjungere, & disjuncta congregari: rationi tamen aequitate considerata. Unde vel prelati, vel conventus intus semel a se concessa valet in totum vel in partem commutare. Pro necessitate namq; corrigentur: vitiorum privilegia ecclesiarum multarum, vel immutentur, vel penitus immutentur, sive personaliter, sive generaliter. Personaliter immutentur, si omnino meritis amittere, qui permissa sunt abutitur potestate.]

C. XXII. § Quod habet, amittat, qui quod non accepit, usurpat.

Item Silverius Papa Vigilio Episcopo, epist. 2.

a Desjard. p. 1. b In codic. Theodof. lib. 16. tit. 2. le. 3. c Anf. l. 4. c. 16. d In codic. Theodof. le. 34. In codic. Iustian. de Episcopis & clericis, l. 13. e Desjard. p. 1. f tit. 17. privilegium.

